

poribus et statutis diebus nullus ibi sit divinę servitutis defectus. Has concessiones et donationes pontificalis banni obligatione iam dudum more ecclesiastico confirmatas nos quoque petitione Ernesti venerabilis abbatis assertionis nostrę favore corroborantes per huius nostri privilegii paginam ap[ostolica] auctoritate statuimus, ut, quidquid uterque  
 5 locus Reginherisbrunno sive Titenbrunno hodie iuste possidet sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium adipisci poterit, firma sibi suisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supra dicta loca temere perturbare aut eis subditas possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnino integra conserventur eorum, pro  
 10 quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quis autem in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quaelibet potens aut impotens huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciore commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris sui et officii periculo subiacere  
 15 decernimus et a Christi atque ecclesię corpore auctoritate potestatis apostolicę segregamus, conservantibus autem pax a deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen, amen, amen.

Data Romę per manus Iohannis sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis anno dominicę incarnationis M.C

20

(O.)

(Ben. val.)

## 24.

*König Heinrich V. spricht der Abtei Hersfeld drei Kapellen sammt den Zehnten in Friesenfeld und Hassegau zu. — Zeugen: die Grafen Wiprecht und Ludwig. [1107 Mai — 1109 April.]*

*Hdschr.: Ein Stück in Cop. Hersf. fol. 55. Staatsarchiv Marburg (von Albinus an bis zu Ende).*

25 *Gedr.: Schmidt, Halberstädter Urkundenbuch 1,94. Stumpf 3213.*

*Anm.: Da als Zeugen Erzbischof Adaloz von Magdeburg (seit Mai 1107) und Erzbischof Rudhart von Mainz († 1109 Mai 2) auftreten, so muß die Ausstellung der Urkunde in die bezeichneten Grenzen fallen. Stumpf 31213 bezweifelt die Echtheit. Vergl. auch Ficker, Beiträge 1,326, Posse, Markgrafen von Meissen 257 Anm. 146 und Cod. Sax. I. 1, 137.*

30 — — et ex iudicio tam episcoporum quam principum nostrorum, qui nobiscum omnes consenserunt in id ipsum scilicet Ruthardus Moguntinus archiepiscopus, Adaloz Magdaburgensis archiepiscopus, Cunratus Salzburgensis archiepiscopus, Otto Babenbergensis episcopus, Eberhardus Einstatensis episcopus, Udo Hildinshemensis episcopus, Burcharius Monasterii episcopus, Albinus Merseburgensis episcopus, Walraban Nuin-  
 35 burgensis episcopus, Hartwigus Misinensis episcopus, Adelberhtus noster regius cancellarius, cum quibus plurimi aderant presbiteri atque diaconi confirmantes suo quoque consensu iustam esse sententiam ipsius iudicii, sicut et Liutheri dux Saxonię, Diebolt marchio Baiorię, Sigifridus quoque et Fridericus palatini comites, Otto comes, Beringerus comes, Wigberhtus comes, Sizo comes, Lodewigus comes, Giso comes et advocatus Herueldensis,  
 40 Gozmar comes, Hug signifer Herueldensis milicię, Erwin comes atque alii quam plurimi cum multitudine hominum tam nobilium quam servientium, cętera quęcumque parentes